ſionis magne q̄ obſtupeſcere eos fecit ⁊ corda tabeſcere ⁊ mul
tiplicat ruinas. In omnib' portis eorum dedi turbationē
gladii acuti ⁊ limati. ad fulgendum amicti ad cedem. Exacue
re ⁊ uade dextram ut ſiniſtram. quocūq; faciei tue ē. appeti
tur. Dixit autem dn̄s ad me. Fili hominis pone t̄ duas uias. 1.
ut ueniat gladius regis babilonis. De t̄ra una egredientur
ambo ⁊ manu capiet coniecturā. in capite uie ciuitatis c̄ca
et uiam. Pones ut ueniet gladius ad rabbath filio͡r amon ⁊
ad iudam in ierl̄m munitiſſimā. Stetit autē rex babilonis
in biuio in capite duāꝝ uiarū. diuinationē querens. cō
miſcens ſagittas. Interrogauit idola. extra conſuluit Ad dexterā
eius facta ē. diuinatio ſup ierl̄m ut ponat arietes. ut apiat
os in cedem ⁊ eleuet uocem in ululatu. Ut ponat arietes cont̄
portas. ut cōportet aggerem. ut edificet munitiones. Hec
dicit dn̄s. Tu pphane impie dux iſrl̄ cuius uenit dies in tē
pore iniquitatis p̄finita aufer cidarem. tolle coronā. n̄ne
hec ē. que humilē ſubleuauit. In iniquitatē ponam eam.
⁊ hoc non factum ē. donec ueniret cui' ē. iudicium ⁊ tra
dam ei. Hec dicit dn̄s ad filios amon. ⁊ ad obpbrium eorū.
Mucro mucro euaginate ad occidendū. limate ut interfici
as ⁊ fulgeas. Cum tibi uiderent̄ uana. ⁊ diuinarent̄ mēda
cia. ut dareris ſup colla uulneratoꝝ impiorū quoꝝ uenit
dies in tempore iniquitatis p̄finita. Reuertere ad uaginā
tuam in loco in quo creatus es. In t̄ra natiuitatis tue iudi
cabo te dicit dn̄s. ⁊ effundam indignationē meā ſup te.
Ignem furoris mei ſufflabo in te. daboq; te in manus hominū
inſipientium ⁊ fabricantiū interitum. Igni eris cibus. ſanguis
tuus erit in medio t̄re. obliuioni traderis. quia ego dn̄s locu
tus ſum. Dixit autē dn̄s ad me. Fili hominis non iudicas ciui
tas ciuitatē ſanguinē oſtendes ei abhominationes ſuas.
Hec dicit dn̄s. in ſanguine tuo qui a te fuſus ē. deliquiſti
⁊ in idolis tuis polluta es. Ideo dedi te obpbrium in gentib'
⁊ in riſionem omnib' t̄ris. que iuxta ſt̄ ⁊ que pcul ſt̄ a te. Et
factum ē. uerbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis uerſa ē m̄
dom' iſrl̄ in ſcoriam. Om̄s iſti ⁊ ſtagnum ⁊ implūbū ⁊ fer
rum in medio fornacis ſcoria argenti facti ſunt. Idcirco
hec dicit dn̄s ds̄. Ecce ego c̄gregabo uos in igne furoris

mei. ut conflatur argentum in medio fornacis. et scietis quia
ego dominus cum effuderim indignationem meam super vos. Dixit autem
dominus ad me. Fili hominis dic ei. tu es terra inmunda et conpullu
ta in die furoris. coniuratio prophetarum in medio eius. sicut leo
rugiens capiensque predam. animam devoraverunt opes et pretium
acceperunt. viduas eius multiplicaverunt in medio illius. Sacerdotes
contempserunt legem meam et polluerunt sanctuarium meum. Inter
sanctum et prophanum non habuerunt distantiam. et inter pollutum
et mundum non intellexerunt. et a sabbatis meis avertebant oculos
et conquinabar in medio eorum. Principes eius quasi lupi
rapaces predam ad perdendas animas et avare sectanda lucra.

Resp. Qui celorum contines thronos et abissos intueris domine rex
regum montes ponderas terram palmo concludas exaudi nos domine in ge
mitibus nostris. Saec. Ps. Mag. Excita domine quesumus tuorum corda fidelium vo Or.
luntates. ut divini operis fructum propensius exequentes pietatis tue remedia maio
ra percipiant.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis due
mulieres filie matris unius fuerunt. et fornicate sunt in egip lc. i.
to in adolescentia sua. Ibi subacta sunt ubera eorum et fracte
sunt mamme pubertatis earum. Nomina autem earum o
olla maior. et ooliba minor. et habui eas et pepererunt filios
et filias. lc. ii. Fornicata est igitur oolla super me et insanivit in amatores
suos assarios iacinctos vestitos et dedit fornicationes super electos
assiriorum equites et fornicationes quas michi habuit in egipto
non dereliquit. Nam et illi dormierunt cum ea et confunderunt
ubera pubertatis eius et effuderunt fornicationem super eam. Ideoque
tradidi eam in manu amatorum suorum in manu filiorum assur
super quos insanivit libidine. lc. iii. Quod cum vidisset soror
eius ooliba. plusquam illa insanivit libidine et fornicationem
sororis sue ad filios assiriorum prebuit impudenter. ducibus et ma
gistratibus ad se venientibus indutis vestibus varia equitibus qui
vectabantur equis et adolescentibus forma cunctis egregia. Et vi
di quod polluta esset via una ambarum. et auxit fornicationes
Cumque vidisset viros expressos coloribus et accinctos lc. suas. iiii.
balteis renes insanivit super eos concupiscentia oculorum
suorum et misit in caldeis ad eos nuntios. Cumque venissent

peruenerat deo fructus gignere debebat subito errorum languore
prostrata spiritalis uite uias ingredi desperabiliter obmisit et si non
prius dominus Christus succurreret horrendam per omnia corruisset in
mortem;

In ev. Dicebat enim intra se si tetigero fimbriam uestimenti eius tantum
salua ero. sae. R. V. Confide filia quia fides tua te saluam fecit et
salua facta est mulier ex illa hora. sae. R. Mag.

Hec dicit dominus tiro. Nunquid a sonitu ruine tue et gemitu in-
terfectorum tuorum cum occisi fuerint in medio tui commo-
uebuntur insule et descendent de sedibus suis omnes principes ma-
ris. Et auferent exuuias suas. et uestimenta sua uaria. et induentur
et assumentes te super lamentum dicent tibi. Quomodo peristi que habitas
in mari cum habitatoribus tuis. quos formidant uniuersi. Nunc stu-
pebunt naues in die pauoris tui. et turbabuntur insule eo quod
nullus egrediatur ex te. Hec dicit dominus deus. Cum dedero te urbem
desolatam sicut ciuitates que non habitantur et adduxero super te
abissum. et operient te multe et detraxero te cum his qui descen-
dunt in lacum et ad populum sempiternum. et collocauero te in terram no-
uissimam sicut solitudines ueteres. cum his qui descendunt in lacum
ut non habiteris porro cum dedero gloriam in terra uiuentium. in nichilum
redigam te et non eris. et requisita non inuenieris ultra in sempi-
ternum ait dominus. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Tu ergo fili
hominis assume planctum super tirum et dices tiro que habitat
in introitu maris negociacione populorum ad insulas multas hec
dicit dominus deus. Tire tu dixisti perfecti decoris ego sum. et in corde
maris sita. Finitimi tui qui te edificauerunt impleuerunt decorem
tuum abietibus de sanir extruxerunt te cum tabulatis maris.
Cedrum de libano tulerunt. ut facerent tibi malum quercum
autem de basan dolauerunt in remos tuos. Transtra tua fece-
runt tibi ex ebore indico et pretoriola de insulis italie. Bissus
uaria de egipto texta est in uelum ut poneretur in malo. Iacin-
ctus et purpura de insulis elisam facta sunt operimentum tuum.
habitatores et aradii fuerunt remiges tui sapientes tui facti sunt
gubernatores tui. Senes biblii et prudentes eius habuerunt nau-
tas ad ministerium uarie suppellectilis tue omnes naues maris.

& naues earum fuerunt in populo negotiationiſ tue. Rhodiſ & libii
& libies erant in exercitu ſuo. Factus ē ſermo dñi ad me di
cens. Fili hominiſ dic principi tyri. Hec dicit dñs. Eo qđ eleua
tum ē cor tuum & dixiſti ego ſum & cathedra dei ſedi eo qđ in
corde maris cum ſis homo & non dš. & dediſti cor tuum quaſi cor
dei. ideo ecce ego adducam ſuper te alienos. & deturpabunt pulcritudinē
tuam & interficient in interitu occiſorum in corde mariſ. Numquid
dicens loquens dš. ego ſum coram te interficientium. cum ſis ho
mo & non dš in manu occidentium te. Morte incircumciſorum
morieriſ in manu alienorū peribiſ. quia ego locutus ſum ait dñs dš.
Et factus eſt ſermo dñi ad me. Fili hominiſ leua planctū ſup regem
tyri & dices ei. Hec dicit dñs ad me. Tu ſignaculum dei ſimilitudi
niſ plenus ſapientia. & pfectus decore in deliciis paradiſi dei
fuiſti. Omnis lapiſ precioſus operimentum tuū. ſardiuſ. topazius. iaſpis.
criſoliſ onix. & berillus. ſaphirus. carbunculus. & ſmaragdus. Au
[illegible] dñs op' decoris tui. & foramina tua in die qua conditus ē.
preparata ſunt. Tu cherub extentus & ptegens. & poſui te in mon
te ſcō dei in medio lapidum ignitorum. ambulaſti pfectus in ui
is tuis in die conditionis tue donec inuenta ē iniquitas in te.
In multitudine negotiationiſ tue ait dñs repleta ſunt interiora
tua iniquitate & peccaſti & eieci te de monte dei & pdidi te. O cheru
bin ptegens te de medio lapidum ignitorum & eleuatū ē cor
tuum de corde tuo pdidiſti ſapientiam in decore tuo. In terram
proieci te ut cernerent te. In multitudine iniquitatū tuarū ait
dñs & iniquitate negotiationis tue polluiſti ſcificationē tuā.
Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te. & dabo te ci
nerem ſup terram in conſpectu omniū uidentiū te. Omnes qui ui
derint te obſtupeſcent ſup te. nichil factus es & non eris in
perpetuum.